

*32. Instrumentum venditionis di Pietro
e Santoro detti Bucte, di Tito, in favore
di Giacomo e Canio de Carruba*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*32. Instrumentum venditionis di Pietro
e Santoro detti Bucte, di Tito, in favore
di Giacomo e Canio de Carruba*

1328-10-30

Anno dominice incarnationis millesimo tricentesimo vicesimo ottavo, regnante domino nostro Roberto Dei gratia gloriosissimo rege Hierusalem et Sicilie, ducatus Apulie, principatus Capue, Provincie ac Forcalquerii et Pedimontis comite, regnorum vero eius anno vicesimo feliciter amen, die penultimo octobris, duodecime inditionis, apud Potentiam.

Nos Nicolaus de Carruba iudex Potentie, Nicolaus de Solamo puplicus ubilibet per regnum Sicilie regia autoritate notarius et testes subscripti ad hoc specialiter vocati et rogati, presenti puplico scripto fatemur quod in nostri presentia constitutus *<sic>* Petrus dittus Butte et Santorus dittus Butte de Tito, fratres, consentientes prius in me predittum iudicem tamquam in suum, cum ex certa eorum scientia scierint nos suum iudicem in hac parte non esse, vendiderunt et per fustis traditionem assignaverunt, iure proprio inperpetuum, presbitero Iacobo de Carruba, archipresbitero maioris ecclesie Potentie et Canioni de Carruba de Potentia // (c. 264v) ibidem presentibus, pro se et suis heredibus recipientibus, petiam unam terre sitam in tenimento Potentie, in contrata terre Santi Ianuarii, cuius dixit *<sic>* hos esse confines: a primo latere tenent ditti emptores, a secundo ecclesia Santi Michaelis mediante limite, a tertio Riccardus de Roto mediante limite, a quarto dittus Santorus Bitte mediante via publica qua itur Picernum et si qui alii sunt confines, ad habendum, tenendum, possidendum, vendendum, donandum, permutandum, nec non et quocumque modo voluerint alienandum petiam terre predittam, cum accessibus et egressibus suis omnibusque iuribus et pertinentiis eius. Pro qua ditti venditores confexi et contenti fuerunt se presentialiter et

integraliter recepissee et habuisse ab eisdem emptoribus nomine pretii in carlenis argenti, sexaginta per unciam computatis, unciam unam et tarenos sex ponderis generalis, totum videlicet pretium venditionis ipsius, renunciantes exceptioni non solute, non numerate et non assignate sibi ditte pecunie et non ponderati et non eletti argenti, legi resissorie que subvenit deceptis ultra dimidiam iusti pretii et omni alii legum et iuris auxilio quo vel quibus preditta posset venditio seu huius scripti tenor in aliquo minui vel infringi; promittentes ditti venditores per se et suos heredes dittis emptoribus pro eorum heredibus et se stipulantibus litem vel controversiam eis vel suis heredibus de preditta petia terre // (c. 265r) nullo unquam tempore non inferre, nec inferenti consentire, sed ipsam tam in proprietate quam in possessione eis et suis heredibus ab omni homine et universitate legitime defendere, autorizare et disbrigare et predittam venditionem et omnia et singula suprascripta firma et rata habere perpetuo et tenere et nunquam contrafacere vel venire, per se vel alium, aliqua ratione vel causa, de iure vel de fatto, sub pena unciarum auri unius dittis emptoribus persolvenda et totidem curie reginali, me preditto notario puplico pro parte eiusdem curie et dittis emptoribus pro se et suis heredibus legitime stipulante penam ipsam. Qua soluta vel non, preditta firma perdurent, iurantes insuper ditti venditores ad santa Dei Evangelia corporaliter tatta eisdem emptoribus predittam venditionem et omnia et singula suprascripta firma et rata habere perpetuo et tenere et nunquam contrafacere vel venire, per se vel alios loco sui.

2

3

4

5

Et taliter ego idem Nicolaus de Soldano puplicus ut supra
notarius presens instrumentum scripsi quia predittis
interfui et meo solito signo signavi. Ego Nicolaus de
Carruba iudex qui supra Ego Gregorius de Balzama
interfui Ego Maza de Filippo de Palma testis sum
Nicolaus magister Vineole testis sum

6

7

B Bucte, qui e in seguito

B scirent

B me

B serre

B Macza

B magistri Amelini